



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

IX. Vt clerici publica iudicia non appellant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

SIRIGIVS PAPA. CARTHAGIN. III. ARCADIVS<sup>2</sup> HONORIVS<sup>3</sup> IMP. 485

ANNO CHRISTI 397<sup>4</sup> nem episcopo, ipse remoueatur; ita tamen, vt nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noluisse, sed non potuisse, probauerit. Illud vero placuit, vt cum agere cœperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad accusandum vel agendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, dicere voluerit.

4. q. 6. II.  
Iud. vero  
placuit.  
Cod. Can.  
cap. 20.  
15. q. 7. Si  
autem pres-  
byteri vel  
diaconi.

VIII.

Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, id est, in presbyteri nomine quinque, in diaconi duobus; episcopi ipsorum causas discutiant, eadem dierum & dilationum & a communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem causas etiam solus episcopus loci agnoscat & finiat.

IX.

Item placuit, vt quisquis episcoporum, presbyterorum & diaconorum seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel ciuilis causa fuerit commota, si relicto ecclesiastico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali iudicio. In ciuili vero perdat quodeuicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat, qui de vniuersa ecclesia male sentiendo, de iudicio saeculari poscit auxilium, cum priuatorum Christianorum

Cod. Can.  
cap. 15.  
II. q. 1. Pla-  
cuit, vt  
quisquis  
episcoporum.

P pp iiij

486 SIRICIVS PAPA. CONCILIVM ARCADIVS HONORIVS IMP.

1. Cor. 6. norum causas Apostolus ad ecclesiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

X.

Cod. Can.  
cap. 15.  
2. q. 6. Pla-  
cuit.

Hoc etiam placuit, vt si a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati. Sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciore numero, quam constitutum est, non licet prouocari.

X I.

1. q. 6. Sane  
fi.  
Cod. Can.  
cap. 15.

Vt filii episcoporum vel clericorum spectacula sæcularia non exhibeant, sed nec spectent, quandoquidem a spectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, vt vbi blasphemari sunt, non accedant.

X II.

Cod. Can.  
cap. 21.

Item placuit, vt filii vel filiae episcoporum, vel quorumlibet clericorum, gentibus, vel hæreticis aut schismaticis matrimonio non iungantur.

X III.

Cod. Can.  
cap. 22.

Vt episcopi vel clerici, in eos qui catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum rerum suarum aliquid conferant.

X IV.

Con. Afr.  
cap. 2.

Vt episcopi vel clerici suos filios a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & ætate securi, vt possint ad eos iam propria pertinere peccata.